

ria ad baptismum argentea, libras decem. Phara area, libras (32) quinquaginta. (33)

In urbe Roma constituit ministeriales, qui circumirent constitutas stationes. Scyphum aureum anatum, (34) pensantem libras octo. Scyphos argenteos per titulos (35) viginti quinque, pensant. sing. lib. decem. Amas argenteas viginti quinque, pensant. singulæ libras decem. Calices argenteos ministeriales (36) quinquaginta, pensantes sing. libr. duas. Hæc omnia in Basilica Constantiniana, vel ad Sanctam Mariam constituta recondidit. Hic fecit monasteria ad Sanctum Laurentium, & Balneum, & Prætorium Sancti Stephani. Fecit autem oratorium Sancti Stephani in baptisterio Lateranensi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco. Item monasterium intra Urbem ad Lunam. Hic fecit ordinationem (37) in Urbe per mensem Decembris, Presbyteros viginti quinque, Diaconos sex, (38) Episcopos per diversa loca viginti duos. Qui etiam sepultus est ad Sanctum Laurentium in crypta juxta corpus Beati Episcopi Sixti; & cessavit Episcopatus per dies decem. (39)

## XLVIII. S. SIMPLICIUS.

ANNO CHRISTI 467.

LEONIS 2. ANTEMII 1.

**S**implicius, natione Tiburtinus, ex patre Castino, (1) sedit annos quindecim, dies septem. (2) Hic dedicavit Basilicam S. Stephani in Cælio monte in urbe Roma, & Basilicam Beati Andreae Apostoli juxta Basilicam Sanctæ Mariæ, & aliam Basilicam Sancti Stephani juxta Basilicam Sancti Laurentii, & aliam Basilicam intra Urbem juxta Palatium Licinianum Beatae martyris Bibianæ, ubi corpus ejus requiescit. Hic constituit ad Sanctum Petrum Apostolum, & ad Sanctum Paulum Apostolum, & ad Sanctum Laurentium martyrem hebdomadam, (\*) ut Presbyteri manerent ibi propter pœnitentes, & baptismum, Regionem tertiam ad Sanctum Laurentium, Regionem primam ad Sanctum Paulum, Regionem sextam, vel septimam ad Sanctum Petrum. Sub hujus Episcopatu venit relatio de Græcia ab Acacio Con-

(32) A., & B. *no* libras deest.(33) B. *post* quinquaginta *babet*, fecit quoque particulos XXV. scyphos pensantes sing. lib. X. scyphum aureum pens. lib. VIII., & *etiam* in C.

(34) A. scyphum aureum anatum. B., &amp; C. scyphum autem stationarium pens. &amp;c.

(35) A. scyphos per titulos XXV. pens. lib. X. Amas argenteas &c. *non leguntur*. B. scyphos argenteos per titulos pens. sing. lib. X., & *ita* in C.

(36) A. calices ministeriales L. pens. sing. lib. II., quæ ad Sanctam Mariam constituta recondit. D. calices ministeriales argenteos L. pens. sing. lib. II., quod ad Sanctam Mariam constituta recondit &amp;c.

B., &amp; C. calices ministeriales L. pens. sing. lib. IV., quæ ad S. Mariam recondi iussit, &amp; constituit in urbe ministeriales, qui circumirent constitutas Ecclesias, &amp; Stationes. Fecit quoque Oratorium S. Stephani in Baptisterio Lateranensi, fecit autem &amp; Bibliothecas duas in eodem. Item fecit Monasterium intra urbem ad Lunam.

(37) A. Hic fecit Ordinationes in urbe Roma &amp;c. B. Hic fecit Ordinationes in urbe Roma mens. Decembris, &amp; Februarii.

C. Hic fecit Ordinationes duas &amp;c.

Tom. III.

A stantinopolitano Episcopo, & affirmavit Petrum Alexandrinæ urbis Eutychnianistam hæreticum, facta petitione ab Acacio Episcopo chirographo ejus constructa. Eodem tempore fuit Ecclesia prima, hoc est (3) Sedis Apostolicæ executrix. Tunc Simplicius Episcopus præful hoc audiens damnavit Petrum Alexandrinum, eo quod (4) Acacius innumerabilia crimina affirmabat, ita tamen, ut pœnitentiæ reservaret tempus. Eodem tempore rescripsit Timotheus Catholicus, & Acacius, dicentes, quod etiam in morte Proterii Catholici Petrus esset permixtus. Tunc Archiepiscopus Simplicius dissimulans, nunquam rescripsit Acacio, sed damnavit Petrum expectans tempus pœnitentiæ. Hic fecit in Ecclesia Romana scyphum aureum, pensantem libr. quinque. Canthara argentea ad Beatum Petrum Apostolum sexdecim, pensant. sing. libras duodecim. Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per mensem Decembrem, & Februarium, Presbyteros quinquaginta (5) novem, Diaconos undecim, Episcopos per diversa loca septem & triginta. Hic sepultus est in Basilica Beati Petri Apostoli 6. nonas Martii, (6) & cessavit Episcopatus dies sex. (7)

## XLIX. S. FELIX III.

ANNO CHRISTI 476.

C ZENONIS IMP. 10. ODOACRIS REG. 8.

**F**elix tertius, (1) natione Romanus, ex patre Felice Presbytero, de titulo Fasciola, sedit annos octo, menses undecim, dies viginti tres. (2) Hic fuit temporibus Odoacris Regis usque ad tempora Theodorici. Hic fecit Basilicam Sancti Agapiti juxta Basilicam Sancti Laurentii martyris. Sub hujus Episcopatu iterum venit relatio de Græcia Petrum Alexandrinum, revocatum ab Acacio Episcopo Constantinopolitano. Tunc venerabilis Felix Archiepiscopus Sedis Apostolicæ urbis Romæ mittens defensorum cum consilio Sedis suæ, facto concilio damnavit Acacium Constantinopolitanum, & Petrum Alexandrinum. Post annos tres iterum venit relatio ab Imperatore Zenone, ut pœnitens rediret Acacius. Tunc Papa Felix misit duos Episcopos Messenum, (3) & Vitalem, ut

(38) C. Diaconos V.

(39) A. die I.

## SIMPLICIUS.

(1) B. ex patre Castorio.

(2) A. sedit annis XV. mensem unum &c., & *ita* in B., & C.

(\*) B. &amp; C. hebdomadas.

(3) A. eodem tempore fuit Ecclesia, hoc est prima Sedes Apostolica executrix. B., &amp; C. eodem tempore fuit Ecclesia Romana, hoc est prima Sedes Apostolica executrix.

(4) A., &amp; B. Petrum Alexandrinum, de quo Acacius.

(5) A. Presbyteros XVIII. Episcopos per diversa loca XXXVI. B. Presbyteros LVIII. Episcopos per diversa loca LXXXVIII. Diaconos XI., & *ita* in C. *preter pro* Episcopos &c. LXXXVIII. *legit*. LXXXVI.

(6) A. V. Nonas Martii.

(7) C. dies XXVI.

## FELIX.

(1) *no* tertius *deest* in A. B., & C.

(2) A. B., &amp; C. dies XVII.

(3) B. misit duos Episcopos, Messenum &amp; Vitalem, ut si invenerint complicem Petrum, Acacium, iterum damnarent eos, si non afferrent libellum pœnitentiæ, qui dum &amp;c.

Q